

Obligatio 500. marcarum.  
in villa Biata.

74

Ioannes Dei gratia Dux Masovia, Rus-  
vie etc. Significamus tenore presentium  
quibus expedit universis. Quia a venera-  
bili et Generoso Domino Denlas de  
Karnicze utriusque juris doctore, Scho-  
lastico et officiali Plocensi et Canonico  
Craoviensi, Jacobo de Laszewo Suc-  
camerario Plocensi, Felice de Golzewo  
Factoribus Capelle nove creationis San-  
cte Marie Assumptionis in Sierpek  
quingentas sexagenas grossorum in soli-  
dis, tres solidos in grossum, et sexaginta  
grossos in sexagenam computando, pecuni-  
am predictae Capelle nuper erectae con-  
tributarum in mutuum accepimus. Quas  
pecunias predictis factoribus a festo Na-  
talis Domini proxime affuturo ad aliud  
festum natalis Domini per decursum u-  
nius anni se continui sequenti, verbo no-  
stro ducali pollicemur et fidei sincera  
obligamur persolvere. Si tamen ad tem-  
pus predictum non solvemus aut quo-  
vis modo

vis modo solvere neglexerimus, est tunc ad  
aliquid ejusdem Festum natalis Domini  
à proximo festo per decursum trium an-  
norum se continuis sequentium hujus-  
modi pecunias modo quo supra solven-  
das obligamur. In quibus quidem quin-  
gentis sexagenarum pecuniis prescripta  
moneta intro ligationem et intromissionem  
in bona nostra Ducalia Biata et Drar-  
nois nuncupata in Districtu Plocensi  
sitta in longum et latum cum omni jure,  
dominio et proprietate ac omnibus uti-  
litatibus, fructibus, proventus, censibus,  
melendinis, piscinis, piscariis, jure pa-  
tronatus emolumentis, et obventionibus  
generaliter universis, quibuscumque vo-  
centur nominibus, nihil juris, domini-  
i, proprietatis aut alicujus proventus in  
eisdem pro nobis reservandis, liberam  
ex tunc et sine quavis contradictione jam  
damus et admittimus. Casu tamen, quo  
hujusmodi pecunias ad decursum trium  
annorum à festo natalis Domini pro-  
ximè affuturo se consequendorum non  
exolverimus, predictasq; villas Biata et  
Drarnois non exemerimus, aut quovismu-  
do eximere neglexerimus, est tunc iis villam  
nostram ducalem Biata nuncupatam ad  
predictam

o o o o

predictam Capellam tituli Sancte Ma-  
 rie assumptionis in Sierpech, et ad eius  
 factores predictos et eorum Successores  
 pro tempore existentes cum fructibus  
 predictis et iure patronatus pendemus  
 et amittemus perpetuè et in eorum, ma-  
 terea si prefatum villam Biata per-  
 petuo lapsu amittemus, eandem eorum  
 sic prolapsam et eorum eximimus et  
 absolvimus ab omnibus nostris solutio-  
 nibus, exactionibus, contributionibus,  
 quibuscumque vocentur nominibus, ac  
 angariis, preangariis laboribus, ser-  
 viciis, bellicis expeditionibus et aliis  
 gravaminibus quibuscumque secularibus  
 restituendo eandem et committendo villam  
 Biata Ecclesiasticæ libertati, Quam liberta-  
 tem pollicemur et obligamus Privilegio ma-  
 jestatis perpetuè confirmare et roborare.  
 In cuius rei testimonium sigillum nrum  
 mediocre presentibus est appensum. Da-  
 tum in Warszawa feria secunda in vigilia  
 Sancti Andree Apostoli, anno Domini mil-  
 lesimo quadringentesimo octuagesimo quarto.

Johanna impisana Longinatu paigamiz  
 nauégi, od lotorego piccegi odenwano,  
 & 16. miesiaca Czenwa Roku 1785.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*